

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Meditationum evangelicarum pars secunda, hoc est:  
Solida, ad descendam & exercendam, ex evangeliis tam  
dominicalibus quam festivalibus Christi & sui-ipsius  
notitiam, informatio**

**Creide, Hartmann**

**Francofurti ad Moenum, 1682**

Dominica XXI. post trinitatis

[urn:nbn:de:bsz:31-126164](#)

# Dominica XXI. post Trinitatis.

*E·vangelium Ioh. 4. v. 47. --- 54.*

## EXORDIUM.

**C**um Deus justissimus primum mundum diluvio inundare & perdere vellet, rupti sunt omnes fontes abyssi magna, & catara-ctæ cœli apertæ sunt: Et facta est pluvia super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: Sic consumta est omnis caro hominum pariter & animantium, quæ movebatur super terram. Sed arcæ, & iis, qui cum Noah in arca erant, a-quæ incommodare non poterant: verum quo plus multiplicatae sunt, eo plus eleva-runt arcam in sublime à terra, ut tandem quindecim cubitis altior esset aqua, super montes excelsos quos operuerat, Gen. 7. v. 11. seqq.

Hæc jucunda crucis idea est, qua Deus fideles suos in his terris afficere solet, ut illi in arca angustiarum degere cogantur, & à decumanis tribulationum fluctibus miris modis agantur. Sed non detrimento ipsis est: multo magis elevantur hoc ipso à terra, omnibusque rebus terrenis, ut quæ retro sunt obliviscentes, ad ea quæ sunt priora se extendant, ad destinatum scopum persequentes, ad bravium supernæ vocationis Dei, in Christo Jesu, Phil. 3. v. 14. Ideoque crucem abhorre non debemus. Misericordia, qui nunquam miseri fuerunt, inquit Seneca. Caro percutitur, ut anima sa-uetur, ut Basilius ait.

Hic usus ægritudinis

Ut medicina corporis

A tartaro præserverat.

Darum schickt Gott die Trübsal her,

Dass unser Fleisch gesüchtigt wird,

Zur ewigen Freud erhalten.

Potissimum vero ad preces hoc ipso in-citamus: Domine, in angustia requisie-runt te: meditatio quando eos castigas.

Esa. 26. v. 16.

Exemplum hujus rei proponitur nobis in prælecto Evangelio, in Regio Satrapa, qui multa de Christo audierat: sed integrum ei non fuit, ut Christum accesserit, & informationem ab eodem hauserit: dum cruce impellitur, ejusque filius febri ar-dente infestatur: tum surgit perfugiens ad eum, de quo audierat, quod morbos alias insanabiles curare & profligare pos-sit, tanquam Dominus magnus consilio, & magnus operibus, Jer. 32. v. 19. Nec irrito sane successu: quodcumque enim deside-ravit, impetravit quoque: nec modo ma-gno gaudio desibutus: sed & cum universa domo sua, ad salutarem Christi agnitio-nem perductus est. Nos methodo no-stræ insistentes, discemus ex hoc Evan-gelio:

I. Αὐθεωτολογια, sive notitiam nostri.

II. χριστορωτια, sive notitiam Christi.

J. J.

Exo-

## Exegetis.

**D**E Jonathane legimus, quod cum paullum de ihelle gustasset, illuminati sint oculi ejus, 1.Sam.14.v.27. Contra Tobiae senioris oculi diutius lenti sunt de felle pisces, donec pellicula egrederetur de oculis ejus, Tob.11.v.13.

Hic mysterium quoddam subesse videtur. Deus enim pronus est, ad benefacendum nobis, ideoque latatur, Jer. 32 v. 41. Quodsi vero id non agnoscamus, defatigatur misereri, Jer.15.v.6. & facit opus suum alio modo, Esa.28. v.21.h.c. varia immittit castigationes, & aperit iisdem oculos, ut videamus mirabilia in lege ejus, Psal. 119.v.18.

Hac posteriori ratione adduxit Regium in presenti Evangelio, qui sponte sua accedere cum noluit

Ad notitiam nostris pervenimus, suscipiemus:

1. *Puerum febricitantem.* Ardentem enim febri ille decubuit, ut vocula πυρτὸς indicat, hujus vehementia adeo maceratus & consumptus fuit, ut praesentissima mors ob oculos versaretur: cum à patre relinqueretur, animam agebat, ut nulla humana spes superesse videretur, propterea dicit Regius ad Christum: Domine, descendere, prius quam moriatur filius meus.

Sicut igitur alias Medici scribunt, quod nullus morbus sit frequentior febri, & quod vix ullus morbus obtingere possit, cui non adhærescat febris:

*Hinc proba te, mi Christiane! annon & ipse spiritualiter febri labore, 1.Petr.4.v.12. & frigus incredulitatis & caritatis concurrant, & vehementes paroxysmos causentur?*  
Matth.24.v.12.

Utileque ejusmodi febricitantes inter nos occurunt, qui æque, si non periculosius laborant, ac Regii filius in prælecto Evangelio, potissimum propterea, quia id agnoscere nolunt, sed imaginantur sibi se sanos esse, & ita spernunt consilium Dei adversus semetiplos, Luc. 7.v.30.

1 Nonnulli laborant *Febri erratica*, quæ nullum certum tempus observat, hi illi sunt, qui odio & invidentia infecti, proximi felicitati invident. Sicut Palestini I. saac invidebant, quia Deus centuplum ei benedixerat, Gen.26.v.15.

Vitium hoc maxime familiare est, sed intervalla sua habet. & nunquam hominem magis infestat, quam quando videt, proximo bene esse: tum facies immutatur, corpulcit, & omnis latitia evanescit: Hinc prisci invidiam in forma macilenta mulieris depinxerunt, cum hac inscriptione:

In videndo consumor.

Hæc gravis afflictio est, quam homo sibi ipsi conciliat, dum forte sua non contentus est, & tamen hoc ipso nihil potest adipisci, Jac.4.v.2, sed potius salute aeterna excidit, Gal.5.v.20.21.

Alii laborant

2. *Febri quotidiana.* Hi sunt comedatores, & Bacchi fratres, qui cum divite epulone quotidie splendide epulantur, Luc.16. v.19. dicentes: Venite, sumamus vinum, & impleamus sicera: & erit sicut hodie, sic & cras, & multo amplius, Esa.56.v.ult. Id adeo tritum hodie est, ut si quis alteri honorem exhibere velit, cratera eum excipiatur evacuanda, aut sanitatis pocula propinet, quibus sanitatis magis profligatur, quam confirmatur, juxta illud Ovveni:

Vera salus sanis, nullam potare salutem, Non est in pota vera salutis salus.

Vc-

Verum, ut experientia probat, ejusmodi homines perdunt rationem. Vinum enim & mustum auferunt cor, Hos. 4. v. 11. Profligant sanitatem. Cuius? cui gemitus? cui rixae? Prov. 23. v. 18. seqq. Honorem & existimationem. Luxuriosa enim res vi-  
num, & facit irrisorem, Prov. 20. v. 1. Etiam, propter crapulam enim multi obie-  
runt, Sir. 37. v. ult. Eternam salutem, ebriosi enim regnum Dei non hæreditabunt, 1. Cor. 6. v. 10.

3. Febricitiana. Hi illi sunt, qui ad tempus credunt, & per biduum aut triduum se devotos simulant: sed non continuant. Verum præter opinionem paroxysmo peccatorum cursus infestantur, & in pristina peccata prolabuntur. Hunc enim morem habet diabolus, ut si quem semel casibus suis irretiverit, non dimittat, sed ex uno peccato in aliud trahat, donec præcipitet in æstum æternum, ubi ignis & ligna multa, Esa. 30. v. ult.

Ideo principiis hic obstandum est, ne diabolo in minimis morem geramus, sed contra infidias ejusdem devota oratione nos muniamus, precantes cum Davide: Doce me facere voluntatem tuam, Psal. 143. v. 10.

4. Febris quartana: Hæc maxime per-  
culosa & Medicorum scandalum est.

Hac depinguntur superbi, quæ omnes fideles admonitiones susque deinceps habent, & in viis suis perseverant, ponentes os suum in celo, Psal. 73. 10.

Quemadmodum enim, qui quartana laborant, se convaluisse putant, quia tantum interstitium habent: sed in spe sua decipiuntur quando denuo invaduntur: Sic & superbi plerumque magna affectant, & putant, se turrim exstructuros esse usque ad

cœlum, Gen. 11. v. 4. sed si digitulo attingat eos Deus, fateri coguntur cum Davide: Profecto univerſa vanitas, omnis homo vi-  
vens, Psal. 39. 6.

5. Febris continua. Hæc avaritia est, quæ hominem adeo solicitat ut nec per noctem mente requiescat, Eccl. 2. v. 23. Alia quidem peccata interdum cessant: at avaritia nunquam desinit. Et quemadmodum febricitantes continua siti laborant, quæ non restinguuntur potest, sed quo plus sunt poterat, plus sitiuntur aquæ: Pari modo cum avaris res se habet, ut satiari nequeant: sed semper clamant, affer, affer, Prov. 30. v. 15.

6. Febris hectica nonnulli laborant. Hac intelligitur concupiscentia, ut Paulo vocatur, 1. Thess. 4. v. 5. Quemadmodum enim Hectica ossa exsiccatur, & humorem naturalem consumit, ut tandem homo spiritum suum emittere cogatur: Sic concupiscentia prava, scortatio & adulterium, est velut ignis, usque ad perditionem devorans, Job. 31. v. 12. Sir. 19. v. 3.

*Hic examines velim te, ad has sex species spiritualium febrium, quas modo recensimus, & facile deprehendes, quod non omnino ab iis immunis sis, sed una vel altera labores.*

Sicut igitur febris corporalis malus morbus est, & qui ea infectus est, querit media, quibus sanitatem recuperet: sic periculum majus est in iis, qui spiritualibus febribus urgentur. Illa corpus tantum afflit: hæc vero animam & corpus in gehennam præcipitat, 2. Tess. 1. v. 8. Ideo multo magis de mediis cogitemus, quibus ex periculo instanti liberemur. Optimum remedium est, ut ad Christum nos recipiamus, qui febricitantem hunc morti vicinum vel verbum restituit. Idem adhuc hodie corporaliter & spiritualiter præstare potest, est enim

Ccc      Do-

*Dominica XXI. post Trinitatis.*

386

Dominus Deus sanator noster, Exod. 15. v.  
ult. qui omnes infirmitates nostras sanare  
valet, Psal. 103. v. 3. Beati omnes, qui confi-  
dunt in eo, Psal. 2. v. ult.

II. *Regulum fluctuantem.* Licet enim mul-  
ta de Christo audierat, ideoque firmiori si-  
de Christum amplecti debuisset: attamen  
multum vacillat, & infirmitatem suam satis  
eo indicat, quod Christo non modo tem-  
pus præscribit, quando venire debeat, nem-  
pe propediem, priusquam moreretur filius  
suum: quando mortuus eset, putabat, Do-  
minum juvare amplius non posse: sed & lo-  
cum definit, unice flagitans, ut Dominus  
secum descendat Capernaum, ubi æger de-  
cumbebat: haec enim fide prædictus non e-  
rat, ut credidisset, Dominum etiam in ab-  
sencia filium suum restituere posse, quod  
Centurio antehac crediderat, Matth. 8. 8.

Hac in parte Regius hic non parum de-  
liquit. Deus enim non vult sibi præscribi  
modum & tempus juvandi, ideo in oratione  
Dominica precamur: Fiat voluntas tua. In  
benevolia igitur voluntate ejus acquiescen-  
dum, ipse in tempore veniet, nec in aternum  
dabit afflictionem justo Psal. 55. v. 23.

*Hic probate, mi Christiane! annon & ipse  
quandoque cum Regio hoc in hoc peccaveris  
quod Deo tuo tempus & modum juvandi præ-  
scriperis?*

Hoc saepè ita sit, præsertim quando diu-  
tius perseverat afflictio, tum desperabundi  
ingemiscimus: Domine, usque quo, Ps. 55.

Sed hic causæ considerandæ sunt, ob  
quas Deus cum afflictionibus ita instet, &  
precationem nostram ad placitum non ex-  
audiat.

Sæpe fit, ut infans cum lacrymis cultrum  
à parentibus flagitet, quem tamen ut noc-  
iunum ei parentes non largiantur: Sic nos

quoque id saepè petimus, quod magis in-  
commodo quam emolumento nobis foret:  
ideoque non inique ferre debemus, si non  
semper, prout petimus, exaudiatur ipse e-  
nim pater noster est, & novit quibus indi-  
geamus, Matth. 6. v. 32.

Moses Deo gratissimus erat, nec tamen  
Palæstinam ingredi ei licebat, sicut in votis  
habebat, sed in monte Nebo moriendum  
eierat, Deut. 24. v. 5.

David vir erat ad cor Domini, nec ta-  
men reconvalescentiam filii, quem cum  
Bathseba generat, impetrare poterat, 2.  
Sam. 2. v. 16. 18.

Paulus quotidie orabat, ut angelus Sa-  
tanæ, qui eum colaphizabat, discederet à  
se; Verum responsum ferebat: Sufficit ti-  
bi gratia mea, 2. Cor. 12. v. 9.

Hinc Augustinus ait: *Unum ex duobus  
indubitate sperare possumus, aut dabit,  
quod petimus, aut quod noverit, esse melius.*

Quando igitur oras, noli Deo præscribe-  
re tempus & modum juvandi, velut Regius  
hic: sed totum te ei relinque, veniens veni-  
et, & non tardabit, Hab. 2. 3.

III. *Familiam obviantem.* Servi enim &  
famuli hujus Reguli, non modo Domino  
suo obviam procedunt, & nuncium affe-  
runt: quod filius plene restitutus sit: sed &  
posteaquam ab hero suo intellexerunt,  
quanta potentia Christus polleat, & quam  
miraculose filium suum restituerit, omnes  
in eum credunt, justificantur & salvantur.  
Ideo inquit Evangelista: Creditit ipse, &  
domus ejus tota.

Hoc egregium speculum est, in quo,  
cum patres- & matres-familias: tum & ser-  
vi & ancillæ, quid se deceat, conspicere pos-  
sunt. Heri & heræ quidem, ut famulitio bo-  
no exemplo præant, in pietate & hone-  
state:

state: Unde pater-familias cum Sole, mater-familias cum Luna, liberi vero & servi-  
entes cum stellis conferuntur. Velut autem  
Sol ex hac causa tam corusc a luce à crea-  
tore suo ornat us est , ut Luna & stellæ ab  
eo lumen suum mutuentur , & sic mundo  
utiliter serviant : Sic & patres- familias im-  
primis decebit, bonis exemplis familiæ pre-  
lucere, quo speciem boni ab illis capere , &  
iustitiam & judicium facere possint, Gé. 8.

Famulitia vero servi & ancille propterea,  
quo fideles sint in vocatione sua, non ad o-  
culum servant es, quasi hominibus placen-  
tes, Eph. 6.v.6.

*Hic utraq pars examen institnere, & se-  
ipsam probare potest , an officio suo satisfec-  
rint , & nihil neglexerint eorum, que ad de-  
corem & commodum economia requiruntur.  
non dubito , quin hac in parte defectus occur-  
rant?*

1. *Ex parte Dominorum.* Quia ita erga fa-  
mulitiam gerere debent, quo illi ansam ha-  
beant, amore & obsequio eosdem prose-  
quendi. Non laudas servum in veritate ope-  
rantem, neque mercenarium , dantem ani-  
mam suam, Sir. 7.v.22. Sic Centurio Capernaiticus  
fidelis servi sui curam gessit, & Christum ipsum, ut eundem curaret, sollicitavit,  
Matth. 8.6. Hoc nomen eorum requirit.  
Propterea enim patres-familias vocantur,  
ut affectu vere paterno erga domesticos se-  
se exhibant: Sicut Naëman procul dubio  
erga famulitium suum sese gessit, ideo di-  
cunt ad ipsum, cum tergiveraretur in Jor-  
dane ad mandatum Eliae lavare se: Pater,  
& si rem grandem tibi dixisset Propheta ,  
certe facere debueras: quanto magis , quia  
nunc dixit tibi: Lavare , & mundaberis. 2.  
Reg. 5.v.13.

*Imprimis vero, quod disciplinam attinet,*

nihil negligere, sed ante omnia operam da-  
re debent, ut veram pietatem cordibus im-  
plantent. Hoc caput rei est, Princeps enim,  
qui libenter audit verba mendacii , omnes  
ministros habet impios, Prov. 29.v.12.

Sed quam parum id passim observetur ,  
exempla proh dolor ! testantur. Inveniun-  
tur enim ejusmodi patres- & matres- fami-  
lias, qui famulitio & toti adeo familiae nil ni-  
si scandala præbent, dum neglegent cultu di-  
vino & precibus , rixis & altercationibus,  
maledictis & imprecationibus rem familia-  
rem turbant , & sic malis exemplis iisdem  
præcunt. Quomodo hi consistent, quando  
coram tribunali Christi de quolibet verbo  
otioso rationem reddere debent ? Matth.  
12.v.36. Vt mundo scandalis ! Qui scanda-  
lizaverit unum de pusillis istis, expedit ei, ut  
suspendatur mola asinaria de collo ejus , &  
demergatur in profundum maris. Matt. 18.  
v.6.7.

2. *Ex parte famulorum.* Pro fidelitate e-  
nim & officiis, quæ Dominis & domina-  
bus exhibere debeant, sibi ipsis obsequun-  
tur, objurgati, toti in fermento jacent , ut  
heros alloquio non dignentur, vel contra-  
dicunt, Tit. 2.v.9. licet in culpa sint, ut Ha-  
gar, Gen. 16.v.4.5. Vel defraudent, ut Ge-  
hasi, 2.Reg. 5.v.22. vel calumniis eos one-  
rant, ut Ziba, 2.Sam. 16.v.30. vel plane dis-  
cedunt, ubi maxime eorum opera indigent,  
ut Onesimus , Phil. 18. Hoc grave  
peccatum est. Ideo proba famulitia hæc  
& id generis alia cavere, & super pauca fide-  
les esse debent, quæ ipsis Dominus concre-  
dit, & constituent aliquando super multa,  
Matth. 25.v.21. Quoniam unusquisque,  
quodcunque fecerit bonum, recipiet à Do-  
mino , sive servus sit , sive liber. Ephes.  
6.v.7.

## De Secundo.

**T**ransibimus nunc ad alteram partem,  
χριστονασιαν, sive notitiam Domini nostri Iesu Christi meditaturi. Hic nobis contemplandus proponitur:

I. *Tanquam severus objurgator.* Non enim statim paratus morem gerit huic Regio, ut ille speraverat: sed ante objurgat, sine dubio propterea, quia hactenus parum de Christo sollicitus fuerat, jam vero, ubi in aie quasi novacula versatur, putat, Servatorem sibi, utpote Regio officiali continuo ambabus manibus auxilium suum oblatum esse; ideo inquit: *Nisi signa & prodigia videritis, non creditis.* q. d. novi vos aulicos, qui rebus secundis parum Deum ejusque verbum curatis: rebus autem adversis signa & prodigia expetitis, sine quibus nullam fidem habetis.

O quot adhuc hodie inveniuntur, qui Christo, e jusque ministris nullam fidem habere volunt, quia signa & prodigia non vident. Si, inquit, Deus de celo signum daret, ut verbis ministri ignem celo dejicerent, velut Elias, 2. Reg. 1. v. 10. aut palliis suis aquam percutiendo dividere possent, ut Eliseus, 2. Reg. 2. v. 14. aut voces & pluvias de celo impetrarent, sicut Samuel, 1. Sam. 12. v. 18. aut cœcos videntes, & claudos ambulantes facerent, ut Apostoli, sic fidem illorum verba mererentur.

Quia vero id non fit, sed in præconibus nihil videtur nisi miseria & simplicitas, nec quicquam ex ore eorum auditur, nisi sermo de cruce, 1. Cor. 1. v. 18. ideo quoque fides nulla, obedientia nulla sequitur, sed potius querela Esaïæ locum habet: *Quis credit auditui nostro?* Esa. 53. v. 1.

Quin Epicurei dicere non verentur: si mortui resurgerent, & penitentiam prædicarent, Luc. 16. v. 30. Si lapides clamarent, & penitentiam annunciant, Luc. 19. v. 40. Si sol obscuraretur, & petræ scinderentur, Matth. 27. v. 52. si fulgur hunc velillum circumfulgeret, & prosterneret, uti Saulum, Acto. 9. v. 3. id non insuper habendum foret.

Hi omnes sine fide sunt, qui verbum & sacramenta despiciunt, & interea signis & prodigiis inhiant, cum tamen unice ad verbum relegati simus, juxta illud: *Ad legem & testimonium, Esa. 8. 19. 20.*

Cum his & similibus incredulis & miracula affectantibus, Christus & que non contentus est, ac non contentus fuit cum hoc regio. Quando piî præcones ad exemplum Christi, ejusmodi incredulos justa reprehensione notant, non propterea improbandis sunt, sed potius quæ munera suis sunt, faciunt, ne cœtu absterrerí debent, funēnum Dei ministri, i. Cor. 4. v. 1. & prædicare tenentur, quæ mandavit Deus, Jer. 1. vers. 7.

Genuini Christiani imitentur Regiom hunc, dicentes cum Davide: *Corripit me justus in misericordia, Psal. 141. v. 5.*

II. *Tanquam fidei angulator.* Initio enim fides Regii hujus, valde infirma est, dum quidem fiducia alitur, Christum filium suum curaturum esse: sed quod absens eum juvare, aut mortuum resuscitare posse, id minime credit, dum Christus ipsum affatur: *Vade, filius tuus vivit,* quo ipso fidem in corde ejus excitat, ut verbo huic credens, certam fiduciam habeat, se filium suum, domum reversorum, solspitem & sanum inventurum esse.

Hac

Hac ratione adhuc hodiè Christus fidem in cordibus nostris accedit. Neque enim immediatè, ut Enthusiaſta ſomniant, cor- dibus nostris infunditur, sed ex verbo hau- riri debet, quod ſtudiosè eum in finem audiendum eſt, ut dicamus cum Davide: Lu- cerna pedibus meis, verbum tuum: & lu- men ſemitis meis, Psal. 119. v. 105. Fides e- nim ex auditu eſt, Rom. 10, 18.

Et quando fides hac in nobis vacillare incipit, itidem nemo melius nobis subve- nire poterit, quām Servator noster, de quo prædictum: quod calatum quassatum non contritus, & linum fumigans non ex- ſtincturus sit, Eſa. 42. v. 3. Oremus modò cum Discipulis: Domine, adauge nobis fi- dem, Luc. 17. v. 15. & cum patre Lunatici: Domine, credo quidem, fed tu ſuccurre in- credulitati mea, Marc. 9. v. 24. Si hoc fece- rimus, dabit laſſo virtutem, & hi, qui non habent fortitudinem robur multiplicabit, Eſa. 40. v. 29. ut penetremus, & ad ſalutem custodiāmur, 1. Petr. 1, 5.

Carolus Magnus, cum in gravem tentationem incidiffet, dicebat: *Indignus sum, sed mox colligens te, addebat: sed tu Deus im- dignos recipis.*

Sic & tu verbo Dei innitere, & nunquam confunderis, sed in omnibus temptationibus palmarum reportabis.

Quodſi Dæmon tibi has cogitationes ſuggerit: Quis ſcit, utrum Christus etiam tecum ſit in cruce? Quis ſcit, utrum te adjuvaturus ſit? Quis ſcit, utrum te velit ſal- vum? Et ita conſequenter. Tu crede verbo, quod Servator dixit: Ecce, vobis ſum omnibus diebus uſque ad consumma- nem ſeculi, Matth. 28. v. ult. Item, ne timeas, quia ego tecum ſum, Eſa. 41, 10. Et iterum: Venite ad me omnes, qui laboratis, Matth.

II. v. 38. Hic nemo prorsus exclusus eſt, ſed qui laborat & oneratus eſt, ad Christum venire, ejusq; refectione frui debet. Qui ita verbo adhæreficit bene facit, eſt enim lu- cerna, lucens in loco caliginoſo, donec lu- cifer oriatur in cordibus nostris, 2. Petr.

I. v. 19.

III. *Tanquam vita noſtra conservator,* Regii filius jam in agone decumbebat, ſed simulac Christus dicebat: Filius tuus vivit, mors cedere cogitur, & ipſo illo momento reconualeſcit, ex quo apparet, quod mor- tem & vitam in manu ſua habeat. Nemo e- nim noſtrum ſibi vivit, Rom. 14, 8.

*Pharao* perſuadebat ſibi, ſe Israēlitas ſup- pressurum, nemine id ſibi prohibente, ideō omnes masculos in flumen projicere mandabat: ſed quanto magis opprimebat eos, tanto magis multiplicabantur, Exod. 1, 10.

*Haman* edictum Sanguinarium co- tra iudæos jam impetraverat, & ut omnes per totum Ahasveri imperium, uno die truci- darentur, adoraverat: ſed Deus facile in- hibere poterat, cum enim executio inſta- ret, epiftolæ mittebantur per veredarios, qui per omnes provincias diſcurrentes, ve- teres literas novis nunciis prævenirent, Est. 8. v. 9. ſeqq.

*Rex Hiskias* agrotabat uſque ad mor- tem, ſibiq; certissimam mortem inſtare au- diebat: ſed Dominus hic ad preces ejus à morte revocabat, quindecim annos vitæ e- jus adjiciens, Eſa. 38, 6.

*Jonas* erat in ventre ceti, nec ulla ſpes vitæ ſuperere videbatur: ſed cum hic Do- minus pifci mandaret, evomuit illuminari dam, Jon. 2. v. 4, ſeqq.

Hocadhuc hodiè præſtare potest: ma- nus enim ejus abbreviata non eſt, Eſ. 50, 2. ſed ut nobis vitam naturalem in utero ma- tris

**Dominica XXII. post Trinitatis.**

tris mirabiliter dedit, Hiob 10.v.10. sic & o-  
mni bus vitam & inspirationem dat, in ipso  
enim vivimus, movemur & sumus, Act. 17.  
v. 25. 28. Imò postquam spiritum Domino  
no stro reddidimus, & quoad corpus terræ  
mandati sumus, nos die novissimo ad æter-  
nam vitam resuscitaturus est. Hæc enim vo-  
luntas Patris mei, qui misit me, ut omnis,  
qui videt filium, &c. ait ipse, Joh. 6.v.40.

Hac consolatione fulciamus nos adver-

sus horribilem mortis intuitum, ne nimium  
consternemur, sed cum Jobo dicamus: Scio  
quod Redemptor meus vivit, Job. 19.v.26.  
Illic verâ vitâ perfruemur, Sir. 48.v.12. quæ  
nunquam finietur, sed ab uno seculo in ali-  
ud continuabitur, in beatâ æternitate, &  
æternâ beatitudine quam nobis omni-  
bus Deus largiridignetur,

Amen.

\* \*

**Dominica XXII. post Trinitatis.**

*Evangelium Matth. 18, v. 23....35.*

**EXORDIUM.**

**C**umpiissimus ille Rex Josia librum  
legis legi audisset, & ex eodem intel-  
lexisset, neque se, neque Patres suos  
verba illius libri servasse: tanto propterea  
dolore percussus est, ut sciderit vestimenta  
sua, 2. Reg. 22.v.10.

Hic triplicem librum nobis in memori-  
am revocabimus:

1. Est *codex Scripturae*, quem nobis Ser-  
vator apprime commendavit, ut in eo stu-  
diose scrutemur, Joh. 5.v.39. estenim testa-  
mentum Altissimi, Sir. 24.v.32. scriptum  
non atramento: sed Spiritu Dei vivi. 2. Cor.  
3.v.3. de summis mysteriis, temporibus æ-  
ternis tacitis, Rom. 16.v.25. eo fine, ut vi-  
tam æternam habeamus, in nomine Domini  
nostrí Jesu Christi, Joh. 20.v.ult.

2. Liber *conscientia*, in quo omnia pec-  
ata scripta sunt stylo ferreo, & acuto ada-  
mante exarata, Jer. 17. v.1. qui hanc illib-  
am servat, & studet sine offendiculo con-  
scientiam habere ad Deum & ad homines  
semper, exemplo Pauli, Act. 24.v.16. in bo-

no cordis vestigio latari potest, Sir. 17.v.13.  
Qui vero eam variis peccatis contamina-  
vit, causam habet ex animo dolendi, & non  
ut Hiskias vestimenta, sed cor scindendi, &  
ad Dominum Deum suum convertendi,  
Joel. 2.v.13.

3. Liber *culpa*. Quem Deus omnibus  
hominibus proponit, ut in eo, velut in tri-  
plici indice videre queant i. Quid à Deo  
accepterint. 2. Quomodo eos nisi sint, & 3. quam  
rigorosaratio quondam reddenda sit.

Primus concernit maxima Dei benefi-  
cia, quæ Deus nobis à ventre matris nostræ  
fecit, secundum misericordiam suam, Sir.  
50.v.24. dum nobis non modo panem quo-  
tidianum largitur, Matth. 6.v.10. & præstat  
omnia abundanter ad fruendum, 1. Tim. 6.  
v. 17. sed & imprimis omni benedictione  
spirituali in Christo nos benedicit, Eph. 1.3.  
adeo copiose & affatim, ut confiteri tene-  
mur, esse nos minores cunctis miserationi-  
bus, & veritate, quam implevit in nobis,  
Gen. 32.v.10.

Secun-